

## Aduertencias para

Sessiones Concilij Tridentini. Sed ad hęc quis  
tam idoneus? Non illi profecto qui sine vlla  
[vel saltim mediocri] diuinarū literarum cog-  
nitione & linguarum peritia, nullum non mo-  
uent lapidem vt huic muneri & potius oneri  
& operi præficiat: & præferat. Quos quāta ma-  
neat vltio & vindicta Sacrae literæ a parte testā-  
tur. Et cū nos vt in plurimū causa simus, q̄ In-  
di non habeant Parochos, qui eis hęc & alia  
impendant beneficia: sequitur euidenter q̄ te-  
nemur de damno dato, etiam si Indorum doc-  
trinas, vt Curati non recepissimus. Quod au-  
tem simus causa, patet. Quia totis viribus  
procuramus ne in nostros populos Clerici,  
vel Fratres alterius Ordinis intrent, Sacra-  
menta que ibi ministrent. Immo si ibidem E-  
piscopus vel Senatus Regalis Clericos præfi-  
cerent in Curatos, nos valde de hoc conque-  
reremur. & Peto nunc quis tenetur in dictis  
populis Indorum assignatis ministrare In-  
dis Sacramenta: diebusque festiuis Missas ce-  
lebrare? &c. non Clerici: quia inde amoti  
sunt nostris importunis præcibus: non Epis-  
copi: quia absunt: ergo Fratres ad supra dic-  
ta tenentur Indi si sine Baptismo, vel Confessio-  
ne decederent, cui imputaretur & cuius con-  
scien-